

enses cum magno apparatu navium
ad eundem portum sub castris tutela
noctu perveniunt, ^x Pisani vero recog-
noscentes omnem Januensium ma-
num ad portus Veneris castrum conve-
nisse satis alacres efficiuntur, speran-
tes equidem a Deo suorum hostium
et castris victoriam obtinere. Cum
itaque in solenni die sancti Petri ^{MCIX^o}
~~millesimo centesimo vigesimo~~, ^m Pi-
sano populo Missarum officia cele-
brarentur, quatuor Januensium galie
de portu exeunt, et parvas naviculas
Pisanis pueris plenas ad bella videnda
euntibus capere festinant. Hoc autem
Pisanis providentibus, et auxilium
eis parare volentibus, Januenses om-
nes de portu progrediuntur, et in ma-
re amplum proficiscuntur. Videns ergo
Pisanus exercitus Januenses volen-
tes bella expetere, unanimiter atque
velociter preparatur contra eos con-
tendere. Ad eos itaque Pisani appro-
pinquantes ^x magnis viribus in eos
decertant, persequuntur autem Ja-
nuensem exercitum, et eorum na-
ves capiunt, et alias submergunt,
et suos hostes quamplurimos in

^x 1.48'

^x sperantes

solenni

(27)
a) appropinquantes, Cetera Cetera

dar d um ist anradit.

legit infra dicta fol. 62

2 (16)

y